



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Caput IX. De consuetudine & præscriptione, quibus alieno Parocho vel  
Clerico decimæ prædiales acquiruntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

**E**xploratiuris est, decimas, id est, ius decimandi ad Parochum loci, ubi prædia sita sunt, spectare, quod ad prædiales decimas attinet, c. 2, Derefit spoliat in 6, cap. Cùm contingat 29, cum e seq. &c. Quoniam 13, hoc sit. Si persona-  
les, ad Ecclesiam, in qua debitor Sacra-  
menta Ecclesiastica percipit, licet alibi lucrum obtigerit,  
cap. Ad Apostolica 20, eod & cap. fin de parochis.

Quod sit, ut Parochus loci contra quemlibet possessorum iuriis decimandi, etiam Episcopum, habeat intentionem suam fundatam: ita quod non teneatur probare, quo titulo ius decimandi ad se pertineat, cum id ex Canonum præscripto habeat, quemadmodum recte tradit Rebussus in tract. de Decimis quæst. 7, numer. 4, & 5, per text. inc.

A nobis 24, & ibi Butr. num. 4, hoc sit. & jurib. jam antecitatis.

Adeò ut, si propriæ auctoritate Parochus loci possessionem iuriis decimandi alteri interverte-  
rit, sive, ut vulgo loquimur, spoliaverit, decimas ipse persipiendo, non autem ad restitutionem te-  
neatur, quam spoliatus probaverit legitimum titulum possessionis sui, a c. 2, Derefit spoliat. in 6  
quod latius inf. c. 16, persequimur.

Legitimus vero titulus hic est in alieno Cle-  
rico, hoc est, qui nos est Parochus loci (nam de  
laicis possessoribus decimarum separatim agimus  
inf. c. 12,) vel consuetudo, vel præscriptio, vel pri-  
vilegium, vel compromissum, vel transactio. De  
quibus iam distinque dispiciamus.

## C A P U T I X.

De consuetudine & præscriptione, quibus alieno Parochio vel Clerico decimæ prædiales acquiruntur.

## S U M M A R I A.

1. Consuetudo à præscriptione in quo distet.
2. Possessio & quasi possessio quarum rerum sit.
3. Conjectudine recte acquiri juxta decimandi.
4. Dummido ea rationabilis sit & præcripta; & qua-  
talis.
5. Item præscriptione.
6. Cap. 1. De præscript. in 6. resertur & explica-  
tur.
7. Titulus in præscribente quando requiratur.
8. Argumenta contra hujusmodi præscriptionem.
9. Incorporalium rei etiam præscriptio datur.
10. In decimis præcridendum una præcriptio sufficit.
11. Praescribens alienas decimas an sit in præsumpta mala  
fide.
12. Intellexit 1. Si quis diuturno D. Si servitus  
vindic.
13. Doctorum interpretatione rejicitur.
14. Item Covarruvia.
15. Auctoris sententia.
16. Immemorialia præscriptio quomodo probetur.
17. Memoriam rei extare in factis antiquis qualiter pro-  
batur.
18. An & per instrumentum?

**C**onsuetudo à præscriptione in eo distat,  
quod illa consensu hominum tacito indu-  
catur, & sic in communione ius constituit, l. De

quibus 32. D. De legib. & ex non scripto Inst. De jure na-  
tur veluti in proposito arguento, si subditus ali-  
cuius parochia præstent alteri Clerico decimas,  
Parochio id dissimilante vel taceant. Præscriptio  
vero, quando alicui personæ, vel etiam pluribus  
coniunctim per possessionem vel quasi, legitimi  
temporis ius aliquod acquiritur, sicut liquet ex  
tit. L'eccl. Deprescriptionibus & iiii. Cod. Depre-  
scripte longi temp. cum aliquot seqq. Quamvis & inter-  
dum præscriptio pro consuetudine accipiatur, ut  
in cap. fin. de præscript. cum similibus de quibus latius  
Franc. Balbus in tract. de prescripsi. in primâ parte princ.  
quæst. 10, Petr. Rebuss. tract. de Decimis quæst. 13, nu-  
mer. 45. & Covarr. in cap. Possess. p. 2, §. 3, numer. 2, De R.  
l. in 6.

Dixi, per possessionem, vel quasi, ut utram-  
que possessionem tam rerum incorporalium  
quam corporalium complectenter. Siquidem pos-  
sessionis propriæ est rerum corporalium, l. Sequitur 4.  
§ si viam 27, D. De usucap. & l. 3, in pr. D. De acquir.  
vel amitt. poss. Quasi possessio, rerum incorporali-  
um. Quamvis & iure usurpatum sit, ut & res in-  
corporales simpliciter possideri dicantur, c. Ad  
aures 6, Deprescript. & c. 1, eod. tit. in 6, Quare & nos  
in hoc tractatu utimur interdum verbo posses-  
sionis etiam in rebus incorporalibus.

Quodigitur consuetudine ius decimandi, pa-  
rochiali Ecclesiæ ex præscripto sacerorum Ca-  
nonum competens, alteri Ecclesiæ acquiratur,

Kk

pro-

probat textus in cap. Cum sint homines 18. &c. Ad Apostolica 20. hoc sit. Et ratio est, quia consuetudo derogat iuri communis, culto. De consuet. & consequenter jus alteri Ecclesiae competens in aliam Ecclesiam transfundit, e Cum Dilectus 8. d. tit. De consuet. Nec enim ex necessitate juris est, ut praesise Parochio loci prædiales decimæ solvantur; cum sufficiat eas solvi Deo, in signum universitatis domini, in usum scilicet Clericorum quorumcumque, qui consuetudine aut aliojusto titulo nituntur cap. Tuanobis 2.6. hoc sit.

4. Dum tamen hæc consuetudo (ut & alia locorum consuetudines) rationabilis sit, & legitimè præscripta, d. cap. uis qua & alia pleraque iure Canonico sanctitatem & regulariter tolluntur d. c. ult. sup. Deconsuet.

Sed magna questionis est (ut & obiter hoc inseram) quæ dicatur consuetudo rationabilis quam vel legitimè præscripta. Auxiliè de utroque inquirunt D. d. ut videre est, pud. Panorm. ind. c. uit. & Menoch de arbitrio iudicij cap. 82. cum seq. & alios, quos hic consultò omittit. Sed præceteris veteris nobis sententia viderunt ejusdem Panorm. qui servatus Hostiensem, & Joan. Andreæ existimat rationabilem consuetudinem certo jure definitam non esse, sed pendere ex aëstimatione judicis, cuius est considerare, ad consuetudinis finis bonus sit, an reprobus; ad justæ siue injüstæ rationi inserviat. Quam & sententiam communis calculo receptam attestatur And. Gail. lib. 1. Observ. 31. nu. 32. Et confirmatur ex vulgata juris sententia, quæ ea, quæ à Jure definita non sunt, censentur reliæ arbitrio judicis, per text. in l. 1. in fine D. De iure debito in l. 1. § expilatores D. De effraeti trib. inc. fin. De transact. & cap. De causis. 4. in fine De officiis. & potest. iud. de eg. Quare & idem retinendum est in consuetudine, quando præscripta dici possit, ut similiter id ad arbitrium judicis redigatur. ob eamdem rationem, quod si licet id non sit definitum jure certo. Iudex igitur circumspectus in exploranda consuetudines, utrum earationabilis & legitimè præscripta sit, dispicere id & aëstimare deber. Ut & præscribit Alexandri Imp. Constitutio in l. 1. C. Quæ si longa consuet. cujus verba hinc subjiceret: Praes provinca probatu. it; quæ in oppido frequentiore eodem controversiarum genere servata sunt; causæ cognitæ statuer. Nam & consuetudo precedens & ratiō, quæ consuetudinem suavit, custodienda est. & ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem reuocabit: Praes provinca. Quare conuetudo, an ra-

tionabilis & legitimè præscripta sit, penderet à cognitione & aëstimatione judicis. Præscripta, inquam, id est, sufficiente confessu populi introducta. Unde hujus verbæ præscripta illa significatio est in presenti argumento, quam sub titulus Decretal. De præscript. & C. De præscript. longi temp. cum similibus quibus res tunc paret prædicatur, quando per continuationem possessionis temporis a jure deservit, alteri jus acquisitum vel ablatum est.

Ceterum proprius ad rem regrediendo, exprædictis liquet, consuetudinem valere, ut decimæ unius Ecclesie alteri Eccl. sive pendantur, d. cap. Ad Apostolica 20. hoc sit. & ibid. Panorm. Covare. Variar. resolut. cap. 17. num. 8. vers. tertio ducitur.

Idem & præscriptione fieri posse comprobatur textus inz. Ad aures 6. De præscript. cuius verba placent & hæc adscribere: Ad aures nostras peruenit, duas Ecclesiæ litigias superdecimas, quas una ecarum in alterius parochia 40. annis pessedit, & infra Tua fraternitatem unore præsentium invenit scat, quod de jure melior est conditio possidentis; qui quadrigenatali præscriptio omnem prorsus actionem excludit. Dummodo hæc quadrigenitali præscriptio & bona fides sit & cum titulo, aut, si titulus desit, immemorialis, hoc est, eius temporis, cuius possessionis initii memoria non existit. Quod hic supplendum est, ex Bonifacii VIII. rescripto inc. 1. De præscript. in 6. Cuius verba libet etiam hæc adscribere, eo quod Dd. nostri indeeruant regulam quandam generalem, quæ & ad alios casus producitur.

Igitur verba d. cap. i ita habent: Episcopum, qui 6. Ecclesiæ & decimas, quas ab eore petere proponit (licet in tua finis constituta diœcesis) se legitimè præscriptiss. allegare eportet (rum jus commune contra ipsum faciat) non iuxtimodi præscriptionis titulum & probare. Nam licet ei, qui rem præscribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium ius commune, vel contra eum præsumptio non habeatur, sufficiente bona fides; ubitamen est ei ius commune contrarium, vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit; sed est necessarius titulus, qui pessori causam tribuat præscribendi; nisi tam item tempora allegetur præscriptionis, cuius contrarii memoria non existat. Hactenus text. sed ejus facti speciem plenius inspiciamus. Erant duo Episcopi diversarum diœcесium, quorum unus in alterius diœcесi possidebat Ecclesiæ & decimas, quas cum alter representeret tamquam ad suam diœcесin spectantes, ex can. Omnes basilicae xxi. ques. 7. can. 1. cum trib. can. seqq. x. ques. 1. can. 1. 9. has. verò decimas d. quæs. 7. alter excipiendo ita occur-

occurred, quod eas legitimè præscriptisset. Unde de hac re consultus S. Pontifex rescribit, eum præter præscriptionem allegate & probare oportere præscriptionis titulum; hancque generalem rationem subjiciens, quod quamvis in præscriptione rei Ecclesiastice sufficiat bona fides, tamen ubi jus commune vel præsumptio refragatur præscribenti, necessariam est & tituli probationem, aut saltem immemorialem præscriptionem.

7 Ex qua ratione Doctores nostri hanc regulam generalem confidunt, quod ubi jus commune, vel præsumptio est contra præscribentem, requiratur necessariò titulus possessionis in præscribente; alias opus esse immemorabili præscriptione. Gloss Gemin. & Francus in d. cap. 1. Joan. And in summario eiusdem c. 1. Panorm inc. De qua Depræscript. Dyn. inc. Posseffor n. 27. Deregulatio in 6. Covarr. d. lib. 1. Variar. resolut. cap. 17 numer. 7. Balbus in tract. de præscript. in 2. part. 3. princ. qu. 6 numer. 10.

8 Ceterum huic præscriptioni juris decimandi tria portissimum refragari videntur. Primum est, cum hoc jus decimandi incorpore sit, possideri non potest, d. l. Sequitur 4. § si viam D. De usucap. & l. Servitutes 14. D. Deservit. At vero sine possessione non procedi præscriptio, c. 3. de R. l. in 6. & l. Sine possessione 25. D. de usucap. Secundum est, quod in præstationibus annuis, vel alterius certi temporis, tot sint præscriptions, quot sunt anni sive tempora decursa, l. Cum notissimi 6. §. in ius etiam C. de præscript. 20. vel 40. annorum. Textum hujus §. suis verbis subjiciamus: In iis etiam promissionibus, legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos vel mensis, vel aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præsumptionem 30. vel 40. annorum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni vel mensis, vel alterius singularis temporis, computari manifestum est. Quare ex hoc § inseriri videtur, quod in decimis prædialibus, quæ plerumque annuæ sunt, aut certi alterius temporis, non currat una præscriptio, sed separatum cujusque anni vel temporis, quo decimæ solvi debent. Tertium argumentum est, quod in omni præscriptione abesse debet mala fides, id est, conscientia mala, quæ possessor putat alienam rem non esse suam, cap. fin. de præscript. At qui possidet alienas decimas in mala fide est, quia contra ius possidet, quo Parochi loci debentur decimæ, ut supra c. 8, comprobavimus. Et autem in mala fide cum, qui contra ius possidet, probatur iuris regula in c. Qui contra de R. l. in 6. Et text. in l. Quemadmodum 7. in fin.

ne C. de agric. & censitis lib. 11. Cui consequens est, Clericum decimas alienas possidentem, non posse eas præscribere, obstante malâ fide ipsius.

Quibus tamen nihil impedientibus, inconclusa maneret hæc juris conclusio, quod decimæ per præscriptionem alteri Ecclesiæ rectè acquirantur, per text. in d. cap. Ad aures, & in d. cap. 1. De præscript. in 6.

Nec obstat primum argumentum; quia licet rei incorporealis aulla sit possessio propria, ut propter quæ tantummodo est rei corporalis, l. in fine princ. D. De acquir. vel amitt. possess. attamen cum rei incorporealis quasi possessio datur, cap. Querelam 24. De elest. & cap. 3. De causa possess. & propriet. receptum quoque à jure est, ut & res incorporealis præscribi possit, l. & l. 2. C. Deservit. Si quis diu in ordo. D. Si servit. & vindic. Ut hinc & jus decimandi licet incorporeale, rectè quoque præscribi dicatur, d. cap. Ad aures, & d. cap. 1. De præscript. in 6.

Quoad secundum argumentum, illud quidem in majoris momenti videtur primâ fronte; nihil minus facilè tollitur, si dicamus in decimis præscribendis diversum esse, quam in aliis præstationibus annuis, vel alterius certi temporis. Quia præstatio decimarum non venit ex contractu vel ultima voluntate, de qua loquitur d. g. in iis etiam: sed ex dispositione sacrorum Canonum, à quibus in modum regulæ statutum est. ut ex omnibus fructibus & obventionibus decimæ solverentur, ut sup. cap. 1. latè deductum est. Quæ regula, cum & una sit, unamque & simplicem obligationem inducens, factum quoque est, ut & sufficeret contra decimas una præscriptio, per d. cap. Ad aures, & d. cap. 1 in 6. ex sententia Baldi in d. c. De quarta 4 num. 5. De præscript.

Quod ad tertium attinet de mala fide, verum est quidem, malam fidem præsumi, ubi quis contrarius agit, si credat eum, à quo habet decimas, illas possedit, vel ex privilegio, vel ex donacione, vel ex transactione, sive compromisso, ut hic &c. seq. Latinus dicitur, & sic transferendi in se vicecimas potestatem habuisse. Quemadmodum de emptore dicitur, in l. Bone fidei 109. D. De V. S. qui emptor bona fide ex eo censemur, quod ignoraverit rem, quam emit, alienam fuisse, aut putaverit, eum, qui vendidit, jus vendendi habuisse, putata, procuratorem vel tutorem. Siquidem bic certior, cum facti sit, malam fidem non inducit, atque idcirco non impedit præscriptionem, l. iuris ignorantia 4. D. De iuris & facti ignor. At solus iuris

Kk 2 error

error impedit præscriptionem, l. Numquam 31. in princ. D. De usucap. & d. l. Iuris ignorantia: veluti si putem rem me posse emere à pupillo sine auctoritate tutoris, l. 2. s. si à pupillo D. Proemptore: vel rem Ecclesiæ Cathedralis, sine Capituli consensu & approbatione, can. Sine exceptione XII. quæst. 2. Utroque enim casu error juris officie præscriptioni, d. l. Iuris ignorantia & d. l. Numquam. Quæ ratione si putem me posse recipere decimas à laico, fine assensi Episcopi, similiter juris error est, quia pugnat cum e. Cùm Apostolica 7. in fine De his qua fuit à Pralat. & consequenter idem error obficit præscriptioni. Cæterum si quis purer Clericum, à quo decimæ ad se devenerunt, verum ius decimandi habuisse ex aliquo justo titulo, cùm reverè non habererit, error hic, cùm in facto consistat, præscribenti nihil obest. Aliter in errore juris, quia in eo pari passu ambulant, scire & scire debere. Quippe quilibet scire tenetur leges, ubi quid acturus est, l. Leges sacratissima 9. C. Delegib. aut saltem peritos legum consulere, l. in bonorum possessionibus: o. D. De bonor. possess. Quod d. si non fecerit, ignorantiam affectasse censemur, adeoque pro supino & crasso ignorantie habetur, qui scienti assimulatur, c. 1. in fine De ordinat. ab Episc. qui renunt. Episcopatus.

Itaque in decimis parochialis Ecclesiæ præscribendis requiritur titulus, unà cum possessione 40. annorum, aut sine titulo immemorialis possessio, juxrad. cap. 1. Depræscript. in 6.

12. Cui rursus objicitur textus in l. Si quis diuturno 10. D. Si serv. vindic. Si quis diuturno usu, inquit Ulpianus, & longa quæsi possessione ius aqua ducenta natus sit, non ei necessari docere de jure, quo aqua constituta est (veluti ex legato, vel alio modo) sed usitata habe actionem, ut ostendat per annos foris tot usum se, non vi, non clam, non precario possedisse. Per voculam tot intellige decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, exemplo rerum immobilium, l. 2. C. de servis & aqua, juncto in Inst. de usucap. Hic igitur videmus, servitutem aquæ longo tempore acquiri absque titulo; cùm tamen juris præsumptio adversetur præscribenti, quæ omnis res in dubio libera & immunit à servitute præsumitur, l. Alius x. cum l. seq. C. de servis & aqua. Quæ implacabilis videtur esse antinomia.

13. Conantur autem Dd. hunc obicem ita tollere, quod in servitute per præscriptionem acquirendā agatur de levi præjudicio, ideoque titulus in ea non sit necessarius. Secus in iis, quæ sunt maiori momenti, ut sunt decimæ, iurisdictio, alia-

que huiusmodi, quæ ob sui momentum titulum requirunt. Ubi enim maius periculum verrunt, ibi plenius consolitut, cap. Vbi periculum in princ. elect. in 6. & l. 1. §. sed et si quis d. De Carbon. edito. Verum hæ conciliatio displicer. Did. Covart. lib. 1. Variar. resolut. cap. 17 num. 7 ubi latè hanc rem persequitur, & tandem prædictam conciliatiogem hac ratione refert, quod interdum talis servitus esse possit, quæ gravissima incommoda adserat prædio servienti: veluti in servitute via, vel aquæ ductus, si ea per medium fundum constituta sit, item in iure paleendi, si id torum agnum occupet. Unde male Dd. autumant, dñe. sum idcirco esse in servitutibus, quod hæ levis momenti sint.

Quare ipse Covart. hanc difficultatem aliter submovet: adhibit distincionem inter eum, qui iure communis resistente rem possidet, & eum, qui non verante iure possidet: ut priore casu titulus necessarius sit, iuxta c. 1. Depræscript. lib. 6. Epca. 2. Deregit. foliat eod. lib. Posteriori minime, ut in d. l. Si quis auctur. no. Verum nec hæ conciliatio meo iudicio subsistit. Nam textus d. c. 1. titulum requirit, non solum, ubi præsumptio juris communis, sed vel alias præsumptio militat contra præscribentem, ut in specie c. Si diligenter 17. Depræscript.

Utautem hæ controverbia sedetur, puto in! acquirenda servitute duo animadvertenda esse; unum, an servitus constituta sit per dominum prædi servientis; alterum, an per alium, qui dominus prædi non est. Ut priori casu opus non sit minus prædi non est. Ut priori casu opus non sit aliquo titulo in præscribenda servitute, sed sufficiat scientia domini, alium in possessione rei sive esse, iuxta d. l. Si quis diuturno, & l. 1. & l. 2. C. de serv. & aqua. Nam si præterea titulus requireretur, frustra contenderetur de præscriptione, cum per ipsum titulum iam ante servitus constituta fuisset, & si quis velit inst. de servitus prædior. Accidente tamen patientia domini, quæ loco traditionis est in servitutibus, l. Siegoemi 13. § 1. D. De Public. in rem act. & l. in fine de servit. rustic. prædior. Quod & denonant in d. l. Si quis diuturno & d. l. 1. C. de servitut. verba non vi, non clam, non precario. At per alium non dominum constituta servitus exigit titulum, ut iphi domino prædi noceat præscriptio, sicut ex Castreni recte tradit. Balbus in tract. de præscript. in 2. part. 4. princ. quæst. 1. numer. 4. perscr. in d. l. Si ego emi. Atque hoc sensu in decimis accipiendus videtur textus in d. s. l. Dd.

15. De prescript. in 6. quod scilicet Episcopus, qui præscriptione se tueri nitebatur, nullo titulo possederit Ecclesiæ & decimas, sed potius præsumatur eas propriâ auctoritate occupasse. Ut igitur hæc præsumptio cessaret, necessarius erat ei titulus, quo eas acciperit & possederit. Quæ sententia est dicitur. Etenim vis ea immemorialis præscriptionis, quod instar tituli sit legitimè constitutus. Hoc iure ductus aquis D. De aqua quæque. Et ast. privilegioque æquiparetur, c. Super quibusdam & præterea De verbis signis.

16. Sed quæ situm memini, quomodo probetur immemorialis præscriptio. Nec evim sufficiat in immemoriali præscriptione testes astricti, possessorem tanto tempore rem possedit, quod de jesus initii memoria non existat, nisi etiam addat causam scientiæ suæ. s. 3. C. De testib. Respondet Glos. in d. c. 1. De prescript. in 6. hanc causam necesse esse ut reddant testes, se non meminisse, quod alius præter possessorum rem umquam possederit, idemque à majoribus suis se accepisse. Quam Glos. communis calculo approbatam esse tradidit Balb. in d. tract de prescript. in 2. part 3. p. princip. q. 6. num. 24. Addit Covarr. in c. Possessor in 2. Relect. §. 3. num. 7. De R. I. in 6. ut & idem testes certificantur hujusmodi quoque esse famam publicam & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent. Item addit ex Lapo, ut testes ejus certatis sint, quod possint reminisci eorum, quæ ante 40. annos acciderunt. Ut hinc communiter tradant Dd. teste Myrs. cent 1. Obs 30. ad probandum tempus immemoriale hæc sequentia requiri. Primum, quod testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. annis testificantur. Secundum, quod testes necessarii dicant, communem opinionem esse, quod de contrario usu non extet memoria. Tertium, quod testes ita semper viderint & audierint à suis majoribus. Quartum, quod numquam fuerit observarum contrarium. Quæ licet temere responda non sint, tamen non omnia jure comprobantur. Quare soleo ego in hac re accersere texum singularem in l. Si arbiter 18. vers. sed cum D. De probat. qui memoriam rei non extate his verbis expressè decidit, Cum omnium hæc est opinio, nec audiresse, nec vidisse, cum id opus fieret, nec ex eis audisse, qui vidissent aut audissent. Et hoc infiniti similiter sursum versum accidisset, tum memoriam operis facti non extare. Vult igitur hic texus ad probandum immemoriale tempus, ut testes dependent, opinionem esse omnium, hoc est, communem ejus loci, in quo queritur, (acc. enim omnes & singuli solent aliorum facta observare, l. 2. in fine D. De iuri & facti ignor.) rei initium non extare, neque ex alio, cum quib. vixerint, audisse, qui vidissent & audissent à majoribus suis in infinitum: puta, à parentibus, avis, proavis, &c. tum suis, tum alienis. Ut tamen & arbitrum sive stimatio judicis hæc in re quoque concurrat, l. 3. §. ideoque D. De testib. Quoc. reca decimatum præscriptionem eam immemorialem rectè dixerimus, quarum initium nullum visu vel auditu adferri potest ex depositionibus testium. Et contraria verò eam non esse immemorialem, si diversum constiterit ex testimoniis testium, Glos. in d. c. 1. De prescript. in 6. Et credidit probat argutum à contrario sensu.

Quibus certè consequens est, quod in factis antiquis memoriam rei extare rectè probetur per testimonia de auditu alieno, ut in d. vers. sed cum, & in l. 2. §. idem Labeo 8. D. De aqua pluvia arc. ubi ita texus: Idem Labeo ait, idem queritur, an memoria extet factio opere, non diem & confusum ad liquidum exquirendum, sed sufficiere si quis sciat factum. hoc est, si factum esse non ambigatur: nec utique necesse est superesse, qui meminerint, verum etiam si qui audierint eos, qui memoria tenuerint. Quod loco & Bartolus notat, ad probandum, memoriam extare, sufficere testimonium de auditu alieno: quippe in antiquis necessitas confugere nos cogit ad auditum alienum.

Ex quibus quoque patet, graviter hallucinari eos, qui immemorialem præscriptionem centum annis definiunt, quos & referat Did. Covarr. in d. c. Possessor §. 3. num. 8. vers. hinc falso esse, apud quem id persequere.

Potid & illud quæ situm est (ut hoc argumentum de immemoriali præscriptione absolvamus) an per instrumentum, memoriam rei extare, probati possit? Fingamus, Titum Clericum in parochia sui Parochi, vel alterius, decimas hactenus collegisse, ultra centum & amplius annos; tandem Parochum loci reperiisse instrumentum, quo initium possessionis Titi doceri potest: quæ situm est, an ex hujusmodi instrumento rectè probetur initium possessionis Titi in percipiendis decimis, ita quod Titus allegare non possit immemorialem præscriptionem? Quod putat Joan. Andreæ in d. c. 1. in fine D. de prescript. in 6. quem & refert additio Glassi ibidem similiter & Phil. Fraucus num. 15. & Balbus in tract de prescript. in 2. parte 3. princip. q. 6. n. 25. qui Joan. Andr. tacitè sequi videntur. Et quidem rectè; si enim mem-

Kk 3 riam

Tiam rei extare legitimè probatur per testimonia  
auditus alieni, uti constat ex d. §. Idem Labeo, cur  
non & quæ ex instrumento, quod à jure & equipa-  
ratur testibus etiam de facto suo testificantibus. l.  
In exercendis 13. C De fide instrum. Etenim memo-  
ria rei ponuntur in inventibus hominum resider-  
sed & in scripto, quod memoria conservandæ  
causa confici solet, l. 10, l. 13. Et si in C De proximis  
sacerdoti serm. lib. 12. Quare ubi ex instrumento, vel  
ex alia scriptura, legitimè constat de initio rei  
ceptæ, profectò dicin non potest, eam esse imme-

morialem, sive ejus præscriptionem esse imme-  
morialem, cùm de initio ejus jam constet per  
scripturam. Atque hanc sententiam, quod ini-  
tium possessionis rectè proberetur ex instrumento,  
& idcirco non occurrere immemorialem præ-  
scriptionem, auper, cùm ex facto incidisset, Col-  
legium Juridicum Ingolstadiense in responde-  
ndo, comprobavit in causa decimarum possessa-  
rum à quodam Monasterio per 150. annos & am-  
plius quam & confirmare videtur Covarr. d. nn.  
8, in fine.

## C A P V T X.

De privilegio, donatione, compromisso, transactione & permutatione, quibus alteri  
Ecclesiæ decimæ acquiruntur.

## S U M M A R I A.

1. Decima unius Ecclesiæ rectè transferuntur in aliam Ecclesiæ auctoritate Summi Pontificis.
2. An & per donationem?
3. An per viam compromissi?
4. Acquiritur & ius decimandi per transactionem.
5. Et per permutationem.

**S**uperiori Cap. differimus de consuetudine & præscriptione, quibus decimæ acquiruntur alteri Ecclesiæ; nunc sublequerter dispiciamus, an idem fieri possit privilegio S. Pontificis. Item an per viam compromissi, donationis, transactionis, vel permutationem.

De privilegio S. Pont. ambigere non convenit; cùm apud omnes in confessio sit, omnes Ecclesiæ, omniaque bona & jura Ecclesiastica consistere in potestate S. Pont. c. 2, in princ. De preben. in 6. c. Antiqua 13. in princ. De privileg. can. i. & 1. dist. 12, arque idcirco ius decimandi unius Ecclesiæ competens, posse ejusdem auctoritate in aliam Ecclesiæ vel personam transferri, c. Accedentibus 15. h. sit. & c. 2, eod in 6. Idque docemur & exemplo decimarum in feudum concessarum ante Concil. Lateranense, de quib. infra cap. 13.

De donatione extas textus c. Cum Apostolica 7,  
De his, que sunt à Prelatis quo permititur laico, posse habere decimas jure feudanti Concilium Lateranense, donare eas Ecclesiæ, cui voluerit, præfertim religioso conventui, sed interveniente Episcopi consensu. Idem probat textus in can. ult. vers. quarto etiam XVI. q. 1. in laico, qui nullo legi-

timo titulo decimas detinet, ut illas possit, ipso loci Episcopo a sentiente, conferre in usum monachorum & servorum Dei: cùm enim translatio decimarum alienationem quoddam sapienti Ecclesiastice ab una Ecclesia in aliam, simplex donatio non sufficit, sed & consensus Episcopi exigitur, jam dictis jurib. Unde securus est, ubi decimæ à laico propriæ Ecclesiæ conferuntur, quæ specie nullo a sensu Episcopi opus est, cùm hos casu nulla alienatio sit, sed potius restitutio decimarum. Analias in cap. Prohibemus 10. in fine h. t.

Quoad compromissum, cùm jure permisum sit, de causa decimali compromitti posse in arbitrios, d. c. Cum Apostolica & ibi notant. Buttr. Anianias, Imola & Padorm. rectè sequitur & ex sententia arbitrorum decimas uni litigantium adjudicari, & alteri adimi posse, sive totas sive pro parte: aliquis frustrè de decimis compromitteretur. Et quamvis d. c. Cum Apostolica meminerit duorum arbitrorum, nihilominus & à jure admissum est, ut etiam plures vel unus tantum arbitris in causa decimarum assimi possit, e. s. De arbitris. dummodò arbitri Clerici sit, non laici. Ut enim laicus in causa spirituali prohibetur esse judex, c. 2. De judic. ita & arbitris, e. Contingit 8. eod. nisi forte laicus simul cum Clerico assumere ex auctoritate judicis Ecclesiastici, cap. Petruus 9. d. s. De arbitris.

In quo tamen illud quæsum fuit, An in compromisso decimarum, sive alterius rei Ecclesiastice, qua in alienando certas solemnitates juris requirit (de quibus in summa causa XII. qu. 2, & apud Nayar. in Comment. De alienat. rerum Ecclesiast. cap. 13.